



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

21. S. P. N. Benedictus, Patriarcha

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Instructio meritoria.

Mors imminet! fili! pro assistentibus
Mariam, Joachimum cum S. Matre
Anna eligamus, & vel hodie diem Mar-
tis constituamus pro speciali eorum cul-
tu, & devotione. Novies dicamus in
hunc finem Canticum Mariæ: *Magni-
ficat anima Eccl. cum 9. Pater Eccl. Ave.
Magnificate, & magnificabimini à Iesu,
& Maria!*

**Solemnitas SS. Patris Nostri
Benedicti Patriarchæ Monachorum
Gloriosissimi.**

EXHORTATIUNCULA I.

Fili sumus Magni Patriarchæ, SS. Be-
nedicti: Sed admodum debiles,
infirmi, & esurientes. Accedamus ergo,
& petamus à canto Patre tres panes, quos
petiit S. Bernardus, videlicet: *Sancti-
tatem vitæ, justitiam heroicorum operum,
& pietatem morum.* Fili! Pater porri-
git! nostrum est avidè capere.

Instructio meritoria.

Sed non capiamus soli! oremus & pro
tota SS. P. Benedicti familia, ut hæc fidei
san-

sanctitate, spiritu, & fervore ulterius
militantem, Romanamque fulciat Eccle-
siam; triumphantem vero viris indies
repleat illustrissimis. Offeramus ergo
Lytanias de SS. P. Benedicto, quas per
octo dies devotè continuabimus cum
octo actibus propriæ abnegationis quo-
tidie exercendi. Sic filii honorant pa-
rentes.

II.

Nomen Patris verè competit Benedi-
cto; quia dedit, & genuit Christo
innumeros filios, uti sanctitate vita, ita
& spiritu Dei nobilissimos. O si & nos
inter illos! fili! non diffidat! colat, &
diligat S. Regulam, vitam instituat Be-
nedictinô dignam, mundo, & homini
non intendat, sed Deum, & SS. P. Bene-
dictum corde, ore, & moribus semper
gerat secum; sic assecutus est Viros can-
ti Ordinis præstantissimos.

Instructio meritoria.

Pro quorum augmento recitemus *Ly-
tanias de omnibus sanctis Ordinis adeò*
Benedicti, & flexis genibus legamus ho-
die 12. gradus de humilitate è S. Regulæ

M 6

C 7.

C⁷. cum totidem osculis, & oratione:
excita, quæsumus Domine, spiritum &c.
 verba movent, exempla trahunt.

III.

Fili ! certamus sub sancto Almi Bene-
 dicti magisterio ! o nos felices!
 inde enim ad summa, excelsa, & sublima
 vocati sumus. Scimus utique tanti or-
 dinis privilegia? Scimus & promissa de-
 sursum præmia diligentibus Benedictum!
 Ut nobis reddamus certissima , reliqua
 tanti Magistri sequamur, & æmulemur
 omnis sanctitatis charismata. Latet in
 eremo, quem nobile stemma con-
 cuit super multa in mundo. Nos gau-
 deamus, quia datum & nobis pergere,
 quin & currere ad Patrem.

Instructio meritoria.

Studiose inquiramus in unam , vel
 alteram horam medium , speciali recol-
 lectioni hodie deputandam , vel in cu-
 biculo , vel coram Deo Eucharistico in
 templo. Soli dum fuerimus , pro disci-
 plina, & zelo monastico , principali-
 ter verò pro spiritu , & fervore omnium
 Superiorum persolvamus expansis bra-
 chiis

XXI. Martii. S. Catharinæ Suecæ. 277

chiis Rosarium cum affixo officio mino-
ri de SS. Legislatore. Lateamus, ut
placeamus cœlo, & prosimus ordini
tam sancto.

Festum S. Catharinæ Suecæ S. Brigittæ Filia Speciosissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Fili! nunc gaudet S. Catharina, quod
per quatuor horas quotidie illacri-
mata sit patienti Jesu. Hoc gaudium
quando incipiet in cordibus nostris?
Heu! deliciis velle diffluere, dum Jesus
satiatur opprobriis, quam indigna res
Christianò? Bernardus monuit: non
decet, sub spinoso, & percuesso capite
membra delitescere delicata. Ad com-
passionem ergo.

Instructio meritoria.

Hanc exhibemus Christo, si hodier-
nas adversitates, per manus S. Cathari-
næ obtulerimus! imò & unierimus cum
doloribus Jesu, recitandò desuper Ro-
sarium Dolorosum flexis coram San-
ctissimo genibüs cum aliquot terræ oscu-
lis. Christus in Cruce: & ego.

M 7

Uc